ce pontus in puppim ferit et fontemque ignemque ferebat. Cum
aut a parte totum sit ab insigniori parte faciendum est.

Anomatoopia quid est? Nomen de sono factum ut tinnitus
eris clangoribus tubarum.

Periphrasis quid est? Est circulatio quae sit aut ornande rei
causa que pulchra est aut vitande que turpis est ut etiam pri-
ma nouo spargebat lumine terras.

Litoni croceum linquens aurora cubile. Et ne nimio luru-
obtusior visus. Sit genitali aruo et sulcos oblitus inertes.

Hyperbaton quid est? Est transgressio quedas verborum ordinem turbas. Luius species sunt quinq; Hysterologia Anal trophe Parenthesis Lemesis Synchysis Hysterologia uel hysteron pteron est sententia cum verbis ordinato muratus. ut et torrere parant flammis et frangere sasso. Anal trophe quid est? Verborum tantum ordo preposterus. ut italiciam contra p contra italiam.

Parenthesis quid est? Interposita ordo diuerte sententie. ut Eneas. Neq; enim patrius confistere mentem pulsus amor: radix ad naues premittit achatem. Lemesis quid est? Unus compositu vel simplicis verbi sectio una dictione aut pluribus interiectis. ut septem subiecta tri oni id est septentrioni.

Synchysis hyperbatio est obscurum et ex omni parte confusum ut tris nothus arreptas in sara latentia torqueat. Sara vocant itali medijs que in fluctibus aras. Est enim hic ordo nothus tris arreptas in sara torqueat que sara in medijs fluctibus latentia italia vocant aras.

Hyperbole est docē quædā fidē excedē augendi minuēdiū cā ut it clamor celo. candidior niue. testudine tardior. Allegoria quid est? Tropus est aliud significat q; dicit ut et iam tempus equi fumantia soluere colla. hoc est carmen finire. huius multe sunt species ex quibus eminent septem.

Byronia Antiphrasis Aenigma Lbarientismus Paroemia. Sarcasmos et Astismos.

Byronia quid est? Tropus ostendens quod conat per artium superioris ut egregiā vero laudem et spolia ampla representas tuq; puerq; tuus. hanc nisi grauitas pronunciantis adiuverit confiteri videbis quod negare contendit.

Antiphrasis est vniuersi verbi ironia. ut bellum quia minime bellum et parce quia nemini parcunt.

Aenigma est obscura sententia per occultā similitudinē rerum ut et que me genuit mater mor gignit ex me. significat enim aquā in glatiem conuerti et ex eadē rursus effluere. Lbarientismus qd est? Est tropus q; dura dictu gratius pro-

seruntur ut cum interrogantibus nobis.nunquid nos quesia
uerit aliquis respodemus bona fortuna ut ex hoc intelliga
tur neminem nos quesiuisse .

Paroemia est accommodatum rebus temporibusqz prouer-
biuum.ut lupus est in fabula .

Sarcosmos est plena odio hostilisqz derisio. ut en agros et
qz bello troiano petisti hespiriam metire iacens .

Atismos quid est?Est opus multiplex numeroseqz virtutis
nam astismos puratur quicquid rustica simplicitate caret et
faceta satis urbanitate expolitus est. ut illud qui Bauum no-
edit amet tua carmina Deui atqz idem iungat vulpes et
mulgeat hircos .

Homoeosis quid est?Est minus nota rei per similitudinez e-
ius que magis nota est descriptio.cuius species sunt tres

Icon Parabola et Paradigma.

Icon est personarum uel eorum que personis accidentum com-
paratio ut hos humerolosqz deo similis.

Parabola est rerum genere dissimiliuz comparatio. ut qua-
lis mugitus fugit cum sautius aram.Laurus et incertam ex-
cussit ceruice securim.

Paradigma quid est?Est narratio exempli portantis aut de-
terrentis. Portantis ut Antenor potuit medijs elapsis Achi-
uis.Illiricos penetrare sinus.Deterrentis ut at non sic phe-
gius penetrat lacedemona pastor.

Ledeamqz Helenam troianam verit ad urbem.

Endiadis fiet resolutio in mobile fixi.

Uteris endiade si dixeris arma viriuz.

Tradi rati ventos dicas hyppalage fiet.

Emphasis cum dicimus scelus p celerato.

Protopopria cum sermo rebus mutis tribuif. ut cum celum
aut terra loquitur.

Chronographia cum tempus describit ut tempus erat quo
prima quies mortalibus egris incipit.

Antipophora cum occurrimus tacite questioni.

Aposupesis cum partem filemus oronis. ut quos ego.

Uot sunt figure constructionis? Octo. Prolepsis Sylepsis zeuma Synthesis Euocatio Appositiō Synecdoche Antiposis.

Quid est prolepsis? Prolepsis que latine presumptio dicitur est. cum tota in suas partes diviso via proprietas attribuitur in qua si ordo incipit a toto tunc totum et partes in eodem casu ponuntur. ut nos legimus ego bene et tu male. Si vero a partibus incipit tunc totum ponit in genuitudo et proprietas inter partes. ut aquila et altera volat ab oriente altera ab occidente. Sylepsis que conceptio dicitur que est? Est cuius dignus est caput minus dignum et una proprietas subiectis diversorum accidentium tribuitur una propter alterius dignitatem. ut Scipio et Lucretia pudici. est autem aut diversi generis ut pyrrhus et faustina perotti. Ubi masculinum concipit femininum aut faustina et mancipium perotte ubi femininum concipit neutrum. Aut diversi numeri ut scipio et milites pugnant. Aut diversae persone ut ego et tu legimus. ego et socrates scribimus. tu et plato studetis. Aut diversi casus. ut remo cum fratre quirimus iura dabuntur.

zeuma est cum una proprietas subiectis diversorum accidentium tribuitur cui per prius et alteri per posterius. que fit aut a superiori. ut scribo ego et tu. aut a medio ut ego scribo et tu. aut ab inferiori. ut ego et tu lego. Id potius legimus sit dicendum similiter in genere et numero fieri potest.

Synthesis quid est? Lum aliqua proprietas tribuitur unius subiecto pluribus copulatis non gratia vocis sed significati sub diverso genere. aut numero ut triste lupus stabilis. anf foeta pars in frustra secant et scipio et liuius admirans.

Euocatio est cui prima vel secunda persona terciam euocat. ut ego cicerio scribo vos romani omnia subiectis imperio vestro et propositio est cuius una proprietas duobus subiectis sine copula attribuitur. xni notiori aut magis communis. alteri minus. ut la animal homo loquitur. canis stella lucet. Virgilius. Ignau animal pecus a presepiibus arcet.

Synecdoche quid est? Lum toti tribuitur proprietas partis. ut

homo albus dentes Geneas os humerosq; deo similis .
Aut propositus quid est? Cum casus pro casu ponit ut urbē quā
statuo vestra est. Terencius. quas credis has non sunt vere
nuptie.

De punctis quibus oratio distinguitur .

Ulorunt sunt puncti quibus imprecentiarum utimur? No-
uem Suspensiuus Lonus Loma Periodus Semipun-
ctus Seminus punctus Interrogatiuus Exclamatiuus seu Ad
miratiuus et Parenthesis .

Suspensiū est simplex virgula q̄ solet quietis gratia ponit
anteq; sensus aliquis clausule haberi possit b̄ mō. Arma .
Seminus punctus est quo utimur vbi clausula maiore q̄ā
dam quietem habet. et tamen sensum imperfectum hoc mō
Arma librosq; meos .

Loma est q̄ utimur vbi clausula videat esse completa et tamē
imperfecta et ponit planus in superiori parte linee hoc mō
Arma librosq; meos dirupuerunt milites

Lonus est punctus qui ponit in fine clausule quando perfectus
est sensus et ponit planus in inferiori parte linee b̄ mō
Arma librosq; meos dirupuerunt milites q̄zq; eos nunq; ex-
istimauit hic venturos .

Periodus est punctus qui ponit in fine clausule quando nō
modo perfectus est sensus sed etiam ipse sermo ut quod se
quitur quasi de novo inchoari videat et ponit in inferiori
parte linee adiecta virgula hoc mō. Arma librosq; meos di-
rupuerunt milites q̄zq; eos nunq; existimauit hic venturos . Ce-
rum equo animo serenda sunt hec .

Semipunctus dicitur virgula q̄ā in fine linee ponim⁹ cum
modo imperfecta est et pars in sequente transit linea b̄ mō .

Admiratiuus sive exclamatiuus est qui in tali ordine ponit
o hominem fortes . o integrū . o omnibus qui erant nostra sunt
preponendum te ne incepio desistere vñq; aliquis vidit. te
ne fortune succumbere .

Interrogatiuus ē qui interrogationē significat et sit hoc mō
de te vero quid dicam .

Parenthesis est vbi diuersa oratio imperfecte adhuc otōni interponit hoc mō. Let ne dicam enim quod sentio calamitatibus cedere. Hoc igit exemplum omnia punctoꝝ genera notabis. Arma librolq; meos diripuerunt milites q̄q; eos nūnq; existimauit hunc venturos. Uerum equoꝝ animo ferenda sunt hec de te vero quid dicam? O hominē fortē o integrū o omnibus qui etate nostra sunt preponēdū. Le ne inceptio desistere vñq; aliquis vidi te ne fortune succumbere te ne dicam enim quod sentio calamitatibus cedere.

De componendis epistolis.

Uare inuente sunt epistole? Ut eos cū quibus siue pp ter absentiam siue ppter ruborem seu ob aliam q̄uis causam loqui non licet certiores facere possimus si quid sit quod eos scire oporteat siue nostra siue illoꝝ siue alioꝝ causa. Unde dicit epistola. epistola grecuꝝ plane vocabulum ē dicitq; apo ton episellein hoc est mittendo q̄ ad absentes mittat unde etiaꝝ apo ton aposellein quod similis significat mittere dicunt apostoli. LLiuius apostolos suos fregit in se natuꝝ hoc est epistolas et nunc libelli qui a iudicibus a qui bus puocatum est ad magistratus mittuntur dicunt apostoli cum sint instar epistolarum. Latino autem vocabulo epistolas trāsdicim̄ dūtataꝝ in numero plurali. nā in singulari numero littera significat elementum. ut a vel b significat etiaꝝ manum scribentis. Licer ad acticum nam alleridē manus amabam q̄ tam prope accedebat ad similitudinē tuellittere Reperiſ quoq; aliquando p epistola apud poetas dūtataꝝ ut Quidius q̄ legis a rapta briseide littera venit. Quot sunt genera epistolarum? Multa sunt. alie enim sunt dūtataꝝ de rebus diuinis. ut sunt platonis epistole ad dionisiū et in religione nostra petri et pauli iacobi et iohannis epistole. Alie sunt de moribus. ut epistole senece aurclii augustini bieronimi ambrosij cypriani et aliorum que multa etiaꝝ de rebus diuinis continentur. Alie sunt de rebus que quotidie accidunt tamen severis et grauibus impote q̄ vel belli vel pacis tempore aut ex castis ad vibem aut ex vibē in exercitu

scribuntur fere similis historie. Alię que de rebus nouis
qualescumqz acciderint certiores faciunt absentes. Alię
consolato:ie ut si vel propinquai alicuius ul' amici mois aut
calamitas interuenierit. Alię cōmendacie ut cum amictum
aliquem aut familiarem aut alioquin notum siue ignotum
litteris cōmendamus. Alię hortato:ie ut cum filios affines
familiares discipulos principes aut quosvis alios ad mores
ad studia ad laudem ad decus ad gloriam cōbo:tamur.
Alię amatorie que magis poetarū sunt ut sunt epistole na
sonis tibulli propriet̄ ceterorūqz huiusmodi. Alię de rebus
familiaribus atqz domesticis. ut de predijs pecorē vino fru
mento seruis & reliquis id genus. Alię postremo iocose que
vuntarāt animi gratia scribitur. ut cum deficiente materia
scribitur quicquid in buccā venit. Ad hec cetera fere oia si
qua sunt epistolarū genera reduci possunt. Quid in primis
obseruanduz est in epistolis scribendis? ut stilus inferior sit
& quasi familiaris qz cum vel orationes vel historias scribi
must tamen sit subiecte materie conueniens. Nam ut in ce
teris tres sunt dicendi characteres. amplius medius & infim⁹
ita etiam epistole tres suos characteres habent. ab illis tamē
diuersos hoc est illis inferiores. Nam qui in alijs medio
cris est hic est summus qui in alijs infimus hic mediocris.
Infimus vero in epistolis quo dicendi genere in familiaris
bus utimur. erit ab infimo illo omnino diuersus hoc est le
uis facilis. verbis quotidianis & quasi vernaculis contentus
in quo tamen nihil barbarum sit aut ineptum. Amplio igit̄
illo atqz sublimi utemur cū de rebus alijs atqz diuinis epi
stolas scribemus ut plato facit. Mediocris cum de moribus
de rebus gestis de bello de pace de consilio capiendo aut
rebus alijs seueris & grauibus tractabimus. Infimo cūz ma
teria erit de rebus familiaribus atqz iocosis.
Quid amplius obseruanduz? ut quo ad eius fieri potest bre
ues sint. propria enim & quasi peculiaris epistolarū est bre
uitas. cauendum tamen ne nimio breuitatis studio squalēs
& ieiuna & concisa ac plane sicca oratio fiat qualis est Annei

Seneca a cuius lectōne adolescentes ōnino auertendi sunt
 ne prāium ac uitiosum dicendi modum imbibant q̄q̄ pau-
 lōpōi quasi tactis iam fundamētis idē auctōr summo ita
 dio legendus sit. In quo magne alioquin virtutes fuerunt
 multum ingenij plurimum eruditōis cum presertim sit vi-
 tiorum diligentissimus insectator. Quis maxime proponen-
 dus est quē studeant adolescentes imitari. M. cicero. Dic in
 omni dicendi genere omnī optimus fuit. Unde solum pre-
 ceptores legant hunc discipuli imitent nec modo verba ei⁹
 bauriant sed etiā clausulas quin ⁊ partes ipsas epistolārū
 interdum furenſ ⁊ suis inserant. Ita enī fieri ut succo cicero
 nis quasi lacte nutriti veri illius imitatores euadant. Quō
 exordiēde sunt epistole? In primis tam scribētis q̄z eius ad
 quē scribis preponēdū est nomē ⁊ is ad quē scribis salu-
 tandus est B̄ mō pyrrhus perottus Nico. perot. s.p.d. vel si
 Grece scribas pirros perottos nicolaos perotto eupattin. Dic
 est enī grecorū mos ut bene agere dicant ubi latini salutez
 dicunt. In fine autem epistolāz ponendū est uale in q̄ gre-
 ci cum latinis 2ueniunt dicentes erroso. Luius nomen p̄po-
 nitur scribentis ne an eius ad quē scribis: scribentis etiā si
 ad pontificē maximū sive rege aut imperatore scribat hō
 insimus. Stulta est enī obseruatio quorūdaꝝ qui dignioris
 nomen dicunt preponendum esse. Lauēdūm p̄terea ē ne
 vñq̄z dominū honoris causa nominib⁹ p̄p̄is preponem⁹
 ut domino pyrrho ⁊ dño nicolao. barbara ē enī ea locutio
 ⁊ nuper inuenta. Non hoc latini nō greci veteres fecerunt.
 Potest tamen addi nomē dignitatis sive magistratus post
 proprium nomen ut si ita scripseris paulopōi max. Frede-
 rico imperatori. Lessariori cardinali. Ferdinando regi. Ni-
 colao perotto Thuscine p̄o pape. Illud etiam summo sui
 dio fugiendum est ne ad ynum scribens pluratiuo nume-
 ro utaris in quem errorem ōnes fere nostre etatis homines
 incurrerunt putates se magis honorare eū ad quē scribunt
 si barbare loquans. In quare nō tam ignorātiām hominū
 admiror q̄z stulticiā. Nam si id honoris causa nō faciūt cur

barbare loquunt. Si vero id honoris causa agūt cur eo q̄z
sermone deum non honorant quē singulari numero assant?
An maior in loquendo reverētia regi aut pontifici debet q̄z
deo? Atqui si barbare loquimur cum aliquē vnum alloque-
tes plurali numero utimur cur etiam nou dicamur barbare
loqui cum de nobisq̄s loquentes pro singulari pluratiū
numerū usurpamus dientes nos pro ego & quod mirabi-
lius est in eodem loco modo singularē modo pluralem nu-
merum adhibentes. ut virgili⁹. O melibee deus nobis hec
ocia fecit. Nāqz erit ille mihi semp deus illius aram. Sepe
tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Ille meas errare
boves ut cernis & ipsum ludere que vellem calamo permi-
fit agresti. Hic enim Lytirus de se loquens nunc nos nunc me
ait & quintilianus utinā hoc fata mibi prestarent ut residuum
laborantis anime in tuo poneremus amplexu. Obtinuit cer-
te usus ut in prima persona loquentes mō singulari mō plu-
rali numero utamur. In secunda vero persona nemo vñqz
doctus ad vnum dirigenz sermonē pluralis locutus est. Lu-
ius rei hec videt rō fuisse q̄ decet homines de se ipsis mo-
deste & ut ita dicā humilis loqui. de alijs vero honorifice po-
tius & cum dignitate conuenit habere sermonem. Minuere
mus vero quodāmodo dignitatē alterius si ei in rebus ges-
tis alium quasi socium adiungeremus ut si cesarem alloquē-
tes diceremus. vos pompeii superasti vestra est gloria. p
tu pompeium superasti tua est gloria. Ita econtrario vide-
mur nescio quomō modestius loqui si que nos soli egimus
plurali numero & exprimamus hoc mō. Multa scripsimus.
multa gessimus. magnā sumus gloriā apud nostros homi-
nes & secuti quasi nō soli sed alijs adiutoribus ea egerimus
Initium igif bīmōi loquendi modestia fuit atqz humilitas
sed tñ paulatim inualuit consuetudo ut & ubi hic respectus
nō est mō singularē mō pluralem numerū pferamus. Sole-
mus etiā in principio epistolaz p̄sertim familiarū ad ami-
cos scribentes hec verba ponere. Si vales bī ē ego valco.
Qui modus compositionis in epistolis seruaf: ut verbū fre-

quenter in fine clausule colloces hoc modo. Ego te cōmen
 dare non cesso. quod longe pulchrius est q̄ si diceref ego
 non cesso te cōmendare. et spem maximam habeo potius q̄
 habeo maximam spem. Interdum tamen in medio ponit.
 ut spem habeo maximam. Interdum in principio ut scriptū
 ad me cesat. In quo et imitationi attendēdum et auribus cō
 sulendum est. Dari enim aliquando certa regula non pot. Lir
 cūlōcutionib⁹ quas greci periphrases vocant raro ut edūz
 est in epistolis. fugienda sunt etiā verba noua. affectata ou
 ra et obsoleta. structura quoqz ipsa facilis esse debet et mini
 me implicita ut ad manus parati eē sensus videant. Est ne
 utendum artificio dicendi in epistolis. Sepe quidem uten
 duz artificio est. ut quod cupis absenti persuadeas. Adhibē
 da erordia sunt quibus animum prepares legentis. Adhi
 bende rōnes quibus permoueas. Utendum est interim cō
 firmatione. confutatione. diuisione. excitandi sunt affectus et
 reliqua facienda que etiam oratio exigeret. sed hoc non in
 omnibus epistolis faciēdum sed ubi suadendū aliquid aut
 dissuadēdum est et preceptū illud suprā de characterib⁹ dixi
 mus obseruādum ut etiā artificio dicēdī inferiores sint orō
 nibus epistole. et eo artificio componēde sunt ut nullū esse
 in his artificiū videat. Licet ne in epistolis aliquando pone
 re verbum p verbo. Licet pfecto ad maiorem vehementiam
 sermonis. ut cicero. vni ostende in tabul' aut suis aut patris
 tui emptum et vi testamēti p viteris. Plinius. Dedisse huic
 animo par corpus. fecisset quod optabat hoc est si dedisset
 Licet ne aliquando pretermittere verbum in epistolis quē
 admodum faciunt poete. ut Virgilius. Mene cepto defisse.
 re vicā. Nec posse ut alia teuoz auertere regem. Licet ut
 Licero ad Terentia. Ne miserum in tantas te calamitates
 mea culpa incidisse. Ulbi intelligif verbum principale verū
 est. ut est ne verū te in tantas calamitates incidisse. Deficit
 ne aliquando in oratione supposituz. Deficit certe ita ut vir
 etiam intelligi possit. Licero ad Verennius obfuit plurimū
 eo tempore reipub. consulum siue stulticiam siue maliciam

dicere oportet siue potius utrumq;. Quomodo eleganter dice-
mus. Ic habebbe uuen brief onisaen? Multis id modis di-
ci potest. Accepi litteras tuas. accepi abs te litteras. Reddi-
te mihi fuerunt littere meae. Reddite mihi fuerunt abs te lire
me helio perotto dedisti litteras. Accepi epistolam quam ad
me scripsisti. e ihusculano redditia mihi est epistola tua. Attu-
lit mihi helius perottus epistolam tuam. Quid in his non
dum est? Animaduertendu primo est q; dare alicui litteras
siue epistolam est tradere ei ut alij consignent. dare vero ad
aliquem est muttere ut legat ut dedi helio perotto. dedi ta-
bellario ad te litteras id est dedi helio perotto vel tabellario
litteras quas ad te scripsi. Unde retribuente postea dicim⁹
Accepi litteras quas helio perotto ad me dederas.
Quid interest inter litteras ⁊ epistolas? Significatio eadem
est. Differunt in elegantia. dicimus enim unam epistolam ⁊
vnas litteras. Ideo enim pluratum numerum habet unus una
ut reliqui filio meo ternas edes. vnas in fo:o. alteras in iani-
culo. tercias in suburra. nam si diceremus unam edic non do-
quatuor. sex. decem. epistolast binas. ternas. quaternas. qui
binas epistolatas. In hoc tamen conuenient q; dicimus de
cuiq; vel utriq; singulas litteras siue singulas epistolatas. vel uni
vero numero non conuenient ut dedi singulis duas litteras
vel binas epistolatas sed binas litteras ⁊ duas epistolatas. ter-
nas litteras ⁊ tres epistolatas. Ubi etiam obseruandum est.
ut si dicis litteras non subiungas quarum alteri respondi. sed
quarum alteris. ita si dicis epistolatas non dicas quarum alte-
ris iam respondi sed quarum alteri. Lur potius dicimus ac-
cepi litteras abs te q; ab te quia ab cum duabus liquidis ⁊
cum id est quando consonans est iungitur ⁊ cum omnibus
dictionibus incipientibus a vocali. ut ab lege ab legatis ab

rege ab ioue ab hominibus. abs vero cum t. ut abs te abs
tuo. Interdum cum q. ut terencius abs quiuis homine be-
neficium accipere gratum est. Cum ceteris vero iungit a ut
a nobis a foro.

Lur non ita dicimus retulit mihi epistolam tuam sicut attu-
lit mihi epistolam tuam. quia afferre et referre differunt.
Afferre enim est aliquid ad aliquem ferre. ut attulit mihi lit-
teras. attulit librum. Tempus multa afferit nobis.

Referre vero est retro aliquid ferre. ut si remitterem litteras
quas accepi ita diceret. Retulit tibi helius perottus litteras
quas mihi abs te attulerat. In quo notandum est retulit di-
cendum esse et non referit. Ubi omnes fere nostre eratis errat-
dicentes lato; presentium in quo non modo barbare loqui-
tur sed etiam falso. non enim lator est. nec cum scribunt lit-
tere nec cum leguntur. sed cum scribunt latus est cum le-
guntur non quo scribunt. Cum igitur litteras legit is ad
leguntur dicendum autem a nobis est tempus quo
que scripsimus non referunt sed iam relate sunt litterae. Ita
qz retulit dicendum est. non referit cicero ad valerium. p. cor-
nelius qui tibi has litteras dedit. Et alibi. Mo ei qui ad
te cum his litteris profectus est mirum in modum. Sed ut
eo unde discelimus reuertamur. Referre est retro ferre. ut
quintilianus. arma non retuli id est reportauit. Differt ne ali-
natui et in senatu et ad senatum. Differt sane nam cum dici-
mus retulit mihi vel retulit senatui significat vel reportauit
ut retuli litteras. et refentem signa camillum. vel enarravit.
ut L. linius postquam legati consulibus et in senatu que gesta e-
rant retulerunt. Cum vero dicimus retulit ad me et ad sena-
tum significat in consultione; tulit. ut quintilianus non retulit
ad matrem. non amicos consuluit. non priuinos Licero in
catilinam. Refer inquis ad senatum id est fer in consultatio-
ne; senatus. Virgilius. Delectos populi ad pceres. priuinos
parentem. Monstra deum refero et ne forte dubitares de
sensu subiunxit et que sit sintencia posco.

Sed nota q̄ quēadmodum dicimus referre ad senatus ita
dicimus ferre ad populu. ut pompeius ad populum tulit.
Ex illo fit senatus consultuz ex hoc rogatio que est instar le-
gis. Dicimus preterea refero tibi acceptum p eo quod ē sa-
teor me abs te accepisse. Licero p deiotaro. Quid q̄ postea vi-
dim? quid at mali non vidimus. si rē rōcinabimur nos ac
cepta referemus antonio. Item fero tibi acceptū est habeo
abs te p recepto id quod mibi debebas etiā si nulla solutio
interuenerit. Referre vero expensum est rōnem reddere
de impensis factis. Ic doe v reckeninghen vanden costen
die ic ghedaen heb. Retuli tibi expensum. ponitur etiam
aliquando referre p conferre. Licero si ad vnum omnia refe-
renda sunt dignissimum esse pompeii hoc est si in vnu om-
nia referenda sunt. Nōndum est q̄ cum refero significat in
consultationē fero. accusatiū babere potest et ablatiū cum de-
ut hec omnia referam ad senatum et de omnibus his referā
ad senatum. hoc tamen et frequentius et elegantius ē. Quid
cetera composita a fero habent ne eādem aut variam signi-
ficationem? Uariam pfectio pro varietate cōpositōnis. Nam
anteferre est preponere. Circūferre est per omnes partes re-
lum. circūferre nouiū. Offerre est dedicare seu tradere ut ob-
tulit deo sacrificium obtulit mibi librum. Perferre est tole-
re. ut multas pertulit calamitates. Proferre est pronun-
ciare. ut ne verbum quidem ptulit est in medium ferre et q̄
re est etiam prorogare ut profert negocia in longuz
preferre est anteferre ut pudica virgo prefert cōmodo pu-
do:em quod si inter p̄ et ferre interponas me aut te aut se
significat ostendere et quasi signū atq; argumentū qddam p̄
militatē et signū qddā atq; arguituz p̄eo magne humili-
tatis. Auferre ē l' furto l' vi aliqd tollere ut absulit mibi libz
uē in mare B ē deduxit. Interdū ē deorsum ferre. ut detulit na-

ut pleriqz iniuste detulerūt me ad pontificē hoc est accusaue
 rum t male de me dixerunt pontifici. vnde dicunt delato
 res b est claudestini accusatores. t per improbitatē sue in
 uidiam mala referentes. Efferre est extra ferre. ut effe hāc
 rem ex edibus nostris. Est etiā funus ferre ut extulit defunc
 tum sue sumptū hoc est funus fecit. Transferre est trāspor
 tare ita tū ut quod transfer sepe remaneat. Licero hūc mo
 rem Spartiate translulerūt in feminas. Idez de officijs qō
 in vna re ab ennio positū transfer in multas Lucanus Vō
 dum translatos romana in secula luxus. Inferre est immittē
 re. ut infer dignū in plagam. est etiam deducere. ut ex maio
 ri t minori extremitate intulit conclusionē hoc est deduxit.
 Suffere est tolerare t pati. Differre est p̄trahere. ut distulit
 negocīū b est p̄trarit. est etiā differens esse ut multū differt
 pbus ab improbo. vnde dicis differentia. Lōferre aliqui est
 compare ut zfer hanc rē illi uel cum illa. b est compa. Inter
 dum est iungere. ut zfer ónia in vnu. Nonunqz est ire. ybi
 nōndum q si cum re inanimata iungimur. poti habere in t
 ad prepositiones. ut zfero me in templū. t zfero me ad tem
 plum. Contuli me in villam t contuli me ad villā. Si vero
 cum re animata dūtarat ad ut ztuli me ad platonē t nō in
 platonē. confero me ad pontificē t non in pontificē. Non
 em̄ potest habere duos accusatiuos animatos. Sz si habeat
 alterum accusatiū rei inanimate potest iungi cū animato cū
 prepositiōe in. t habet significationē quādam domi sue bñ
 fici. ut multa contuli in te t multa conferā. i. multa donau
 et multa donabo. multis te affeci beneficiū multis afficiam
 Est ne aliud hic notādum? Illud maxime notandum est q
 prime persone verbi raro addis ego. t secūde persone raro
 addis tu. Litus rei ratio est. quia sola hec duo pronomina b
 intelligi p̄ssunt. cum em̄ dicimus scripsi intelligis ego. cuz
 dicimus scripsisti intelligis tu. Frustra itaqz sepe ponerent
 hec pronomina. ponunt tamen aliquando ad maiorem ex
 pressiōnem. Eadem ratio est prime t secunde persone nu
 meri pluralis ybi nos t vos pronomina intelligunt. Quō

latine & eleganter dicemus vvelken brief my zeere ghe
nuechlyc vvas. Id quoq; multis modis exprimimus que
magnam mibi voluptatem attulerunt.que mibi gratium
fuerunt.que me non mediocri voluptate affecerunt q; mibi
mirum in mom iocunde fuerunt. ex quibus no mediocre le
ticia percepi. q; vir exprimere possem q; tam mibi volunta
tis attulerunt. quibus nihil mibi accidere iocundius potuisse.
quibus nihil mibi poterat gratius affterri. q; singulari me le
ticia affecerunt. Quid interest inter gatum & iocundum? Jo
cundus pprie in rebus secundis dicit. Gratia in aduersis. In
iocundo enim est qdama gratia delectatiois tñ. ut flumina. fon
tes. nemora. rose. flores. iocunda sunt. Ingrato uero etiaz co
modi ut aspectus. messis. olearum. fructicu. vineaz. gratius e
sunt. Dicimus autem hominē iocundum non qui letus est sed qui
leticiam alteri affert. vnde potest aliquis tristis meliusq; ee
& tamen iocundus ut meschia inimicoz iocunda est nobis.
vnde no recie locutus est qui dixit. iocundos nos faciat sue
interesse cōmemorationi. iocundos dixit p letos. Exprimit at
hanc differentiam optime cicero ad sulpicum consolantem de
morte filie. Seruus inquit tuis oibus rebus interfuit. cui
officia & si aliquando iocundiora nūq; n gratiora. Ide amor
tuus gratius & optatus diceret iocundum. nisi id verbū in one
tempus perdidissem. Coniungunt etiā hec duo adiectiva in
ea quā diximus pprietate b mo. littere tue gratissime mibi
ac iocundissime fuerunt. Afficere quid pprie significat?
Afficere est affectionez quādam sue dispositionē inducere.
ut hē res afficit me dolore i. inducit me dolorē. afficit me
molestia. i. iducit mibi molestia. afficit me leticia. afficit me
solatione. id est afficit mibi gaudium. afficit consolationē. Re
perit etiā absolute positū b verbū. ut multa sunt q; afficiunt
hominē b est affectiones sue affectus inducit. hincq; & affe
ctio dicit & affect⁹. qzq; cicero solo affectionis vocabulo utat
numq; affectus q; quintilian⁹ & posteriores oēs utunt. Est at
affectio sicut cicero diffinit animi & corporis ex rye aliquo de cā
mutatio ut leticia. gaudium. dolor. molestia. & similia.

88

Animaduertendum autem q̄ d̄cimus facio tibi iniuriam
et afficio te iniuria. facio tibi contumelias. et afficio te contumelia.
Non autem dicim⁹ facio est molesta. facio est leticia. facio est voluptate.
tatem. facio tibi gaudium. facio tibi iocunditatem. Sed afficio
te molestia. afficio te leticia. afficio te voluptate. afficio te gau-
dio. afficio te iocunditatem. Quid facio ex quo hoc verbus
componis. quod modis capis in oratione: multis modis. Sed
illud in primis nonandum est quod in epistolis frequenter
ponimus. Facio te certiorē et nunq; certum. Dicimus etiā
facio tibi gratum. facio ludos. facio rem diuinā. facio sacrificiū.
Item illud diligenter attendendum est. q̄ d̄cimus fe-
ci dāmnum feci iactura. feci naufragiū. quasi passus sum dā-
num iacturam naufragiū ut resp̄blica fecit iacturam et dā-
nu⁹. Liceronis interitu latine littere fecerunt. et quintilianus
in portu naufragium fecimus. Quicadmodū etiā dicimus
fregi brachium p eo q̄ brachiū meum fractum est et fregi
nauem p eo nauis mea fracta est. Item diciūus facio tibi co-
piam rerum mearum facio lucrum facio vrinam et similia.
Quomodo componitur afficio? Ex ad et facio. Componit
etiam cum alijs prepositionibus. ut interficio hoc est neco.
afficio id est noceo. cuius passuum est afficio.
Perficio quod est absolu⁹.

Deficio quod interdum significat deesse et exigit accusatiū
ut tempus me deficeret hoc est tempus mihi deesset. Inier-
dum significat desiscere ab uno ad alium. et quasi rebellare
et habet accusatiū cum ad ut deficit a cesare ad pompejū
binc fit defectio. ut per defectionēz opidanorum presidium
se in arcem recepit. Defectus autem fit a deficio quando sig-
nificat defūsum. ut deficiunt mihi pecunie. non possum incum-
bere litteris. defectū medicorū multi percunt. hoc est quia
deficiunt medici. Non autem significat culpam sive vitium
ut multi per imperitiam capiunt defectus hoc est xitia. Un-
de eleganter dicere possum⁹. plures percunt culpa medicorū
q̄ defectū id est plures percunt q̄ malos habēti medicos q̄

31.
quia non habent. Efficio id est quod facio. unde officium dicit
id quod unusquisque facere debet. unde etiam facio a facio
dicit quod opidanos ambiendo facimus unius aut alterius
partis. Proficio id est fructum et quasi prefectum facio ut ad
lescentes discendo proficiunt. propter quod barbare loquuntur q
discubentes ita salutant. proficiat vobis. Dicendum potius
esse proficie aut proficiatis. Proficio id est prepono alicui rei
agende. unde prefecti vigilum. prefecti erarii. qui aut vigi
lis aut erario prefecti sunt. Inicio hoc est tingi. ut lane in
fecte. Interdum maculo ut ea lues finitima etiam loca infe
cit. Sufficio quod interdum significat satis sum. ut sufficiat
mibi benivolentia principis. Interdum substituo. ut in locis
defuncti consulis suffectus est alius. Restio quod est rursus
facio siue instauro ut reficit domum reficit templum. Lonficio
quod interdum per facio interdum pro perficio ponit. ut con
fecci negocium tuum hoc est perfeci. Reperi etiam cum no
minibus compositum. ut supra cu[m] de verbis tractaremus ostendamus. Officium de quo pauloante mentionem fecisti quid est
Est ea virtutis actio qua greci prepon vocant. hoc est quod
homini. loco temporis dignitati conuenit. Unde recte dicitur
In familia nostra ones officiorum exercent. id est omnes agunt
quod debent. Et eo legatis obuiam officij gratia. id est quia
sic debeo. Unde factum est ut officia significant etiam bene
ficia. ut non sunt exprobanda officia. et quintilianus. Dicit
me similis etas euicerunt officia. cepit fides amantez odisse
non potui. Magistratus que aliquando officium dicunt. et
artes bone suum officium habent. Unde dicimus officium
Grammatici. officium medici. officium architecti.

Uomō eleganter dicemus.

By thistibynggis i haue persavyed vvel the to be in good
belth et not to loue me a lytell. bict to loue me gretely.
Ex his enim facile perspicer te et valere et non modo me diligere
sed etiam vehementer amare. Item. quādoquidē ex his
intellexi et tibi bene esse et me abs te non solū diligi sed etiam
vehementer amari. Item cum ex his facile cognoverim te

et incolumē esse et me non vulgariter sed mirifice amare.
 Item quod siue quando siue nam siue namque siue quoniam siue
 quia siue quippe ex his perspexi et valere te et non modo me
 diligere sed etiam mirifice amare. vel genitā mirifice amare.
 Quid hic in primis nondum est? quod ea que per subiunctivū
 verbum cum coniunctione quod dici possunt longe elegantius
 siue quod per infinitum dicuntur verbi gratia. Ic vveet dat ghi
 leest. Scio quod tu legis. Scio te legere. Ic hebbe ghemerct
 dat ghi my mint. Perspexi quod tu amas me. perspexi te ama
 re me vel me amari abs te. Ic hope dat is oft dat sijn sal
 Spero quod hoc vel est vel erit. Spero hoc vel esse vel fore.

Ic gheloue v by mijnder trouwen dat ghi my ghenade
 doen felt ende ic v. Do tibi fidem et quod et tu mibi et ego tibi
 venias dabo. Do tibi fidem et te mihi et me tibi veniam da
 turum. Hec es sekert dat dit ghescreuen soude vwoorden
 niet in brieuven maer in coper oft in metael. Lertum est quod
 non in membranis scribi deberent. sed vel in marmore vel
 in es. Lertuz est hec non in membranis sed in marmore vel
 in es scribi debere. vel potius. Lertum est hec non in membra
 nis sed in marmore uel in es scribenda esse.
 Quid interest inter esse et fore? Esse presentis temporis sig
 nificatione habet. fore vero futuri. Idemque est fore quod fu
 turum esse. licet forem forem foret id est quod esset esse
 esset. Unde barbarae loquuntur qui dicunt amaturi fore quod
 perinde est ac si diceres amaturum futurum esse. que duo fu
 tura latina lingua non patit. Itaque cum nominibus iungit
 fore. non cum participiis. ut spero te amorem fore. Nam
 cum dicimus spero te amarem mei fore. nomen est amantē
 non participium. Non enim diceremus spero te amantē me fo
 re. Licero. Spero amiciciā nostram notā posteritati fore. pos
 teritati dixit. nam a posteritate ut nomen sit non participiū.
 Dicimus autem spero te admirandū fore cum adoleueris.
 hoc est dignum admiratione nam pro nomine ponitur.
 Composita vero a fero absolute ponuntur. Virgilius. Affore
 cernetis hoc est affuturos. videbitis vel videbitis quod ederūt.

Cicer. Uerum arbitrantur non defore qui illam restituant
hoc est non defuturos. vel q̄ non deerunt. Confore z profo
re apud poetas leguntur. Horacius. Que nouere sequar si
guram qui profore credam. hoc est profutura esse. Nonne
imperfecta est oratio illa superior? Do tibi fidem q̄ tu mibi
z ego tibi veniam dabo. Deficit enim q̄ tu mibi veniam da
bis. nam dabo illud postremum non potest referri ad tu qd̄
est pronomen secūde persone. Perfecta est oratio z nihil de
est. Nā cum in oratione plura sunt supposita verbum sequi
debet ultimum suppositus ut ego te de grāmatica. tu me de
epistolis perconctaris. Subintelligit enim in prima parte
perconctor. Sic econuerso. Tu me de epistolis ego te de grā
matica perconctor. Subintelligit in prima parte perconcta
ris. Sed animaduertendum diligenter q̄ hoc non sit quan
do per comparationē aut similitudinem loquimur ut longe
melius ego q̄ tu id dixisse non potest dici dixisses. Hec
tor ita eleganter hoc ut tu dixisset non potest dici dixisses.
Tu melius q̄ ego diceres. non potest dici dicerem. Do fidē
quid significat? Dare fidem non est adhibere fidem ut fere
omnes loquunt. Des fidez verbis illius. id est credas. z nō
est danda fides verbis illius. id est non est credendum illi.
Immo soleo ego per iocum vernacula lingua dicere cōtra
rium z cum video aliquē infiduz arqz mendacem afferere.
Ic wille hem gheloue gheuen. z querentibus. veer öme.
Respondere. wwant bi en heeft egheen. Est ergo dare fidez
alid sc̄ pmittere quēadimō vernacula lingua dicim?
Ic gheloue v op mijn truyve. Virgilius. Accipe daqz fidē
hoc est accipe sanctaz promissionē a me z da mibi vicissim
tuam. Quod autem vernacula lingua dicimus. Een onde
ren gheloeven. Latine dicimus habere fidem. Quintilian⁹
Fidem habēs hominibus quos mētiri aliis affirmat. Illud
quoqz nōndum q̄ a fides fit perfidus penultima breui. hoc
est is qui fidem violat. A fido vero verbo fit infidus penulti
ma longa hoc est cui non est fidendum. Que est lingua ver
nacula? Est lingua vulgaris z illitterata quā imperiti mater

nam vocant. et dicitur vernacula quasi peculiaris patrie noſtre et in patria noſtra nata. Nam vernaculus vernacula ver-
 naculum. ſignificat quod eſt domi noſtre et in patria noſtra
 natum. Et dicitur a verna qui eſt ſeruus domi noſtre natus
 hoc eſt ex noſtra ancilla. Dare veniam eſt ne quod dicimus
 indulgere an aliud ſignificat? Longe hec diueria ſunt. Im-
 periti capiunt indulgentiam pro venia. ut indulgentiaz et re-
 miſſionem omium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipo-
 tens et misericors dominus. Sed hoc barbare non latine di-
 citur. Indulgere enim eſt concedere. et cum quadam quaſi
 ſuauitate permettere ut indulgent gule indulgent ventri.
 Quintilianus: Adollis illa educatio quaſi indulgentiam vo-
 cas. Non ergo indulgentia pro venia accipienda eſt. Nec
 dicendum eſt eo romam pro indulgentia. ſed eo romaz ad
 impetrandum veniam. vel gratia impetrande venie. Sed
 econtrario venia aliquando quaſi pro indulgentia ponitur.
 ut da mibi hanc veniam. hoc eſt indulge mibi. et concede
 aut permitte mibi quaſi veniaz daturus postq; id fecero. Et
 cum venia tua ibo. hoc eſt dabis mibi veniam si ibo. quod
 imperiti dicunt cum licentia. In qua re errant omnes fere
 grāmātice preceptores p bonis litteris docentes diſcipulos
 ſuos barbaric. Idcirco diligenter notandus eſt hic locus.
 De meester heeft ſincr scolieren orlof ghegheuen. Non e-
 dicendum ludi magiſter dedit licentiam diſcipulis ſuis.
 Licentia eum eſt libertas quedā potius ad male agendū et
 dicit a uerbo licet hoc eſt cum licet quicquid libet. Sed lu-
 di magiſter dimiſit diſcipulos ſuos. ul' ludi magiſter indul-
 fit diſcipulis ut abirent. Uel ludi magiſter dedit diſcipulis
 ueniā abeundi. uel ludi magiſter dedit diſcipulis cōmeatū
 Quippe tria ſignificat cōmeatus. anſonā. locum in quo an-
 nona publica cuſtodiſtur. et facultatem abeundi. ut petij ab
 imperatore cōmeatum accepi ab imperatore cōmeatu; de
 dit mibi imperato; cōmeatum. De meester heeft mi. orlof
 gegeuen mijn ghēmac te doene. Preceptor meus indulſit
 mibi ut eā ad curandū corp⁹ ul' p̄cepto; meus fecit mibi po-

testatem eundi ad curandum corpus. Uel dedit mihi venia
abeundi et corpus curandi. Licet enim curare corpus genera
le verbum sit ad omnia que ad curam corporis pertinent ut
pote evacuare ventrem lauari. pectere. esse. potare. quiescere.
capit tamen precipue bonorum sit auribus tuis. pro meiere et
eagerere. Et cante ne dicas dedit mihi potestate sed fecit. Dare
enim potestate est re alicuius arbitrio committere. longe plusque
facere potestate. De meester heeft ons oorlof ghegeue
te gane eeten. Lonesius nobis preceptor noster ut eamus
meridianum. Indulxit nobis ut eamus meridianum. Dedit no
bis veniam. fecit nobis potestate eundi meridianum. Meridiani
enim aliquando significat cibum meridianum capere qui et merid
ea dicuntur. Aliquando dicitur somnum. unde dicitur meridianus
cibus et somnus et per meridianum cibus et per meridianum somnus.
Dicitur et meridianus exercitatio et per meridianum exercitatio. Ut igitur
breuiter claudatur. Indulgere est cum quadam facilitate concedere
Dare veniam aliquando est ignoroscere. aliquando permittere
et quasi indulgere. Certum est quid proprium significat: aliquando
manifestum est et exploratum est ut nos hoc loco cepimus.
Aliquando deliberatum et constitutum est quo loco frequenter
adiungitur datum. ut certum est mihi potius mori quam bacis
nominiam subire id est decretum et deliberatum a me est. Vir
gilius. Certum est in siluis inter deserta ferarum malle pati
Quare dicimus in marmore vel in es scribenda et non po
tius in marmore et in ere: quia ita obtinuit usus eruditorum.
Dicimus enim in marmore incise sunt littere in gemmis in
ligno. non autem in marmore in gemmas in ligno. Contra
rio vero dicimus in es incisas litteras et non in ere. Non est
necessae afferre exempla quia nusquam aliter reperitur.
Differunt ne inter se habeant conjunctiones quibus in eodem loco
uteris enim quandoquidem quando cum quod namque quoniam quippe
Eadem certe est omnium istorum significatio quando accipiuntur
pro quia. sed differunt in elegantia. Enim nunquam in oratione
preponit sed semper solum secundum locum aut tertium ut ego
enim ex his enim. Nam nunquam secundum locum aut tertium habet

semper primus. Ut nam multa sunt que dici possunt. Namq;
 aliquando primum locum foris. aliquando secundus et ter
 cius. Qui doquid est et quando semper preponuntur. Virgili?
 Quia doquid ausonios non fas pingere portus. Ide dic n*on*
 bi fabor enim quando hec te cura remordet. Quia et quoniam
 semper preponuntur nisi forte postponant aduerbiis sive in
 terjectionibus. ut heu quod heu quam et non quia non quoniam. Sicut
 etiam nam quod semper alioquin preponit ut heu quod non tan
 ti cinerunt ethera nimbi. Et Licero. Num quidnam inquit no
 ui. Sed hoc in compositione potius est et non significat quia
 Lu*c* preter supradictorum morem semper subiunctum requirit. ut
 cum ex his facile cognoverim. Quippe significat quod certe.
 Perspexi quid p*ro*p*ri*e sicut diligenter cognoui et plane intellexi
 Unde componit ex per et specie id est video quod verbo vete
 res utebantur. Ex quo etiam alia plurima componuntur. ut aspi
 cito. hoc est video. Circuspicio quod est circulus in oculis. Des
 picio quod aliquando sicut ostendit interdum deorsum aspicio.
 ut Quintilianus. Nulla ego res humanas despicerem. p*ro*viden
 tiam arbitror. hoc est superne aspicere. Prospicio quod est a
 longe video. Unde dicit p*ro*p*ri*us quod speculam sicut. In
 terdum significat p*ro*video. si cum dario iungaf. ut p*ro*p*ri*ce re
 bus nostris. hoc est subueni. Inspicio hoc est diligenter et quod
 intus aspicio. Suspicio sursum aspicio. Introspicio. intro aspi
 cito. Despicio diligenter intueor. Respicio retro aspicio. Lon
 spicio video sive simul video. Aspicio fit etiam specio. specu
 la. spectaculum. specimen. speculum. specus. et auspicium ab
 aspiciendis auribus. Le^m p*ro*men quid habet quod sit notari
 dignum. Aduertendum est ne incidamus in barbariem ali
 quorum qui genitiuos istorum pronominum mei tu*s*i*u*s i*d*ez
 putant esse quod pronomina ab his derivata meus tu*s*us su*s*
 us et eque posse dici iste liber est meus et iste liber est mei.
 Iste liber est tu*s*us. et iste liber est tu*s*i*u*. ille legit librum suum.
 et ille legit librum sui quod a veritate multum abhorret.
 Hoc ut facilius intelligatur sciendum est genitiuos omnes
 aut actiue aut passiue accipi. Actiue ut prouidentia dei. bo

nitas dei. Passione ut timor dei et cultus dei. quippe deus timetur et colitur. Tria igitur ista phomina ego tu sui sola omnibus genitios fortia sunt. vnos mei tui sui. alteros qui iam excoluerunt misericordia sis. loco quoque ferre nunc ponuntur deriuata illa. meus tuus suis. id est quotienscumque actiua oratio est ut hic liber est meus ut mis. Plautus. Da diez hunc solitatem rebus mis agendis. Mei vero tui sui nunquam ponuntur nisi passione. Quintilianus amore mei vicit esse matrem suam. Licero quod desiderium tui ferre non posset. et me tui pudet. Ulrichilius. Quisquis sui memores alios fecere merendo. Ita etiam in plurali. nam nostrum et vestrum que succedunt loco misericordia utimur actiue tamen ut nemo nostrum nemo vestrum. Nostri vero et vestri que succedunt loco mei et tui utimur tamen passione ut habet curam nostri. habet curam vestri. Nec diceres nemo nostri et nemo vestri nec habet curam nostri et curam vestri. Unde sunt quidam modi dicendi huius utriusque sensus. Ideoque utroque modo dicuntur. ut tu habes potestates meam actiue. id est potestatem quam ego habeo et potestem mei passione id est potestatem faciendo de me quicquid habet. Octavius omnibus faciebat sui conueniendi potestates. Sic copia mea et copia mei. utilitas mea et utilitas mei. amor meus et amor mei. usus meus et usus mei. Non autem fortitudo mei sed fortitudo mea nec doctrina tui sed doctrina tua. Luius rei certissimum argumentum est quod dicimus mea vnius causa. et non mei vnius causa quod certe diceretur si mei poni actiue in genitio posset sicut vnius in genitio ponit. Licero in Babinum et Pisonem. Dico mea vnius opera rempublicam esse libertam. Idem ad Aetius. Solus enim meum pacatum corrigi non potest. Idem pro Murena. Et tuo ipsis animo conjecturam ceperis. Item in plurali quintili. Sive ipsorum fiducie dimittunt. Quin etiam apud nostros recentiores hoc idem reperitur ut in psalmis. Exaudi vocem meam clamantis ad te. Et alibi. Audi vocem meam loquentis. Et alibi. Memorabor iusticie me solius. solum enim masculini generis est et ad deum referuntur ut ex greco apparet. Item libro regum secundo. Sustulit de latere

meo ancille tue dormientis. Et in euangelio Luce. Tuam ipsius animaz pertransibit gladius. Et Boecius. Solantur me si nunc mea fata senis.

Illud quoque notandum de his tribus pronominibus est. quod preter ceterorum usum solent aliquando gaminari. ut membra adsum qui feci in me conuertite ferrum. Et verte omnes in facies tete. Et contulit fese in templum.

